

CAPUT III.

De Privilegiis Episcoporum.

29. I. *De facultate cap. Liceat. Utrum valeat episcopus dispensare in irregularitate ex delicto et ex defectu dubia.* — 30. *Quibus in locis non est receptum Tridentinum, etc.* — 31. *Qui veniat nomine episcopi.* — 32. *De peregrinis. Et utrum episcopus absolve posse a casibus papalibus extra confessionem.* — 33. *Quomodo delictum intelligatur occultum.* — 34. *Utrum episcopus valeat hanc facultatem delegare.* — 35. *Utrum a casibus ab aliis episcopis reservatis, etc.* — 36. *Si a casibus post concilium, etc.* — 37. *Utrum episcopus possit absolvere confessarium absolventem complicem in peccato turpi.* — 38. *Utrum episcopi a casibus bullae Coenae, etc.* — 39. *Utrum valeant dispensare in irregularitate, quae per haeresim incurritur.* — 40. *Utrum valeant absolvere impeditis.* — 41. *Et utrum per alios.* — 42. *Qui dicantur impediti.* — 43. *De perpetuo salem recursum habere ad episcopum. Quid, si recurrere nequeant, etc.* — 44. *Utrum hi teneantur per epistolam, etc.* — 45. *Utrum teneantur sint in moris articulo.* — 46. 47 et 48. II. *De sex casibus episcopalibus: et praesertim de absolutione censurae propter percussonem clericorum.* — 49. III. *De dispensatione cum illegitimis.* — 50. *Cum bigamis.* — 51. IV. *Circa irregularitates ob delictum occultum; et quid, si homicidium sit omnino occultum.* — 52. *De homicidio casuali.* — 53. V. *Circa inhabilitates.* — 54. VI. *De facultatibus episcoporum circa matrimonia. De dispensatione circa publicationes, votum castitatis et impedimentum ad petendum (remissive).* — 55. *Circa impedimenta dirimentia dubia.* — 56. *Circa dirimentia certa, si matrimonium sit contractum.* — 57. *Si non sit contractum.* — 58. *Utrum episcopus possit hanc facultatem delegare.* — 59. VII. *De dispensatione interstitionum.* — 60. VIII. *De dispensatione capellani, ut celebrare valeat in alia ecclesia.* — 61. IX. *De celebrazione post meridiem.* — 62. X. *De oratoriis.* — 63. *Quibus in locis possit celebrare episcopos.* — 64. *Utrum valeat dispensare ad celebrandum domi.* — 65. XI. *De facultate episcoporum et praelatorum circa electionem proprii confessarii.* — 66. XII. *Circa clausuram monialium.* — 67. *De approbatione confessariorum monialium.* — 68. XIII. *Utrum valeant commutare ultimas voluntates.* — 69. XIV. *De compositione in restitutionibus incertis.* — 70. XV. *De reductione missarum.* — 71. XVI. *Quod juramenta et vota. — De unione beneficiorum, novarum parochiarum erectione, etc.*

Facultates episcoporum circa casus occultos.

29. I. *Episcopi, vigore Tridentini, sess. 24, cap. Liceat, sequentes habent facultates: Liceat episcopis, in irregularitatibus omnibus et suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea quae oritur ex homicidio voluntario, et exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare; et in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in dioecesi sua, per seipso, aut vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiae gratis absolvere, imposita poenitentia salutari. Idem et in haereditate criminis, in eodem foro conscientiae, eis tantum, non eorum vicariis sit permisum.*

Quare episcopi, vigore dicti capituli Liceat, dispensare possunt in omnibus irregularitatibus et suspensionibus papali-

bus, incursis ob delictum occultum; excepto homicidio voluntario, aliisque deductis ad forum contentiosum. — Diximus: ob delictum occultum; unde bene ajunt Bonacina, Castropalaus, Salmant., etc., quod non potest episcopus, vigore predictae facultatis, dispensare in aliqua irregularitate occulta ex defectu (vide Lib. VII, n. 469), nisi esset dubia; ut probabiliter tenent cum Gibert aliquis, ex cap. Nuper 29, de sent. excom., Fagnanus¹, [Contin.] Tournely² et alii.

Sed insuper absolvere possunt proprios subditos, vel per se vel per alium sacerdotem ad id specialiter deputatum, a casibus papalibus occultis. Quinimo, juxta concilium, poterant antea etiam ab haereti absolvere (per se, non per alios); sed vide dicenda n. 38.

Bonac., disp. 7, de Irregular., qu. 4, punct. 4, n. 18. — Castrop., tr. 29, disp. 6, punct. 14, § 5, n. 6. — Salmant., tr. 10, de Censur., cap. 9, n. 23. — Gibert., Institut. eccl.

Vigent ubi Tridentinum est receptum.

Quinam veniant nomine episcopi.

30. — Quoad hanc concilii facultatem, plura notata digna consideranda sunt.

Notandum 1^o. Quod in iis locis, *in quibus Tridentinum non est receptum*, nequeunt episcopi uti praefata facultate capituli *Liceat*; ut notant communiter DD., Suarez¹, Sanchez², Salmant.² cum Alterio, Palaus³ cum Barbosa et Garcia. Et merito: facultas enim concilii non recipitur ab episcopis, nisi per acceptationem illius; et valde incongruum esset ut concilii gauderet privilegiis, qui onera subire recusaret.

31. — Notandum 2^o. Sub nomine *episcoporum*, communis sententia venire etiam *vicarios capitulares*, sede vacante⁴). Non vero *vicarios episcoporum*, ex generali eorum commissione vicariatus; nam vicarius bene potest quod potest episcopus potestate ordinaria propria (ut dicetur n. 47); non vero id quod potest episcopus potestate delegata, quamvis ordinaria, utpote adnexa officio (ut dicetur n. 34 et 47). Praeterquamquod, hac in facultate, requirit concilium expresse delegationem speciale. Vide Sanchez⁴.

Utrum veniant abbates et alii qui juris-

¹ De Censur., disp. 41, sect. 2, n. 6. — ² Tr. 6, de Poenit., cap. 18, n. 30. — ³ Alterius, de Suspens., disp. 8, cap. 3, concl. 4. — ⁴ Tr. 4, disp. 4, punct. 3, § 1, n. 2. — ⁵ Barbosa, de Off. et Potest. episcopi, alleg. 39, n. 3. — ⁶ Garcia, de Benefici, part. 7, cap. 11, n. 23. — ⁷ De Matr., lib. 2, disp. 40, n. 17. Cfr. Declaration. S. C. C. apud Pallottini, v. *Episcopus*, § 14, n. 34. — ⁸ Concina, de Sacram. Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 8. — ⁹ Barbosa, in Trid., sess. 24, cap. 6, n. 7. — ¹⁰ Suar., de Sacr. Poenit., disp. 30, sect. 2, n. 6. v. *Nihilominus*. — ¹¹ Fagnan., in cap. *Accidentibus* 12, de excessu praelat., n. 29. — ¹² Sanchez., Decal., lib. 2, cap. 11, n. 5. — ¹³ Ca-

strope., tr. 4, disp. 4, punct. 3, § 1, n. 4. — ¹⁴ Sayr., Clav. reg., lib. 6, cap. 11, n. 83. — ¹⁵ Avila, de Censur., part. 7, disp. 10, dub. 6, v. *Tertio*. — ¹⁶ Salmant., tr. 10, de Censur., cap. 2, n. 54, v. f. — ¹⁷ Suar., de Sacr. Poenit., disp. 30, sect. 2, n. 3. — ¹⁸ Sanchez., Decal., lib. 2, cap. 11, n. 9. — ¹⁹ Bonac., disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 5. — ²⁰ Novar., Singular. juris, concl. 2, n. 2. — ²¹ Barbosa, de Offic. et Potest. episcopi, alleg. 39, n. 4 et 5; et in Trid., sess. 24, cap. 6, n. 43. — ²² Trull., Decal., lib. 1, cap. 3, dub. 4, n. 6. — ²³ Boss., de Jubil., sect. 1, cas. 10, n. 155 et 156. — ²⁴ Suar., de Censur., disp. 41, sect. 2, n. 10.

esse de abbatibus aliisque praelatis, propriam dioecesim habentibus. Si vero sermo sit de religionum praelatis, qui etiam in subditos jurisdictione quasi-episcopali gaudent, omnes vel fere omnes isti auctores, non exceptis Barbosa, loc. cit., n. 8, et de Off. et Post. episcopi, alleg. 39, n. 18; ac Suarez, loc. cit., n. 7, concedunt illos eadem facultate potiri, non quidem vi concilii, sed vi privilegii specialis ipsi a Pio V concessi, (si tamen de eo constiterit, vel ipsum revocatum non fuerit).

c) Et habetur etiam apud Pallottini, v. *Episcopus*, § 14, n. 32.

d) Croix, lib. 7, de Censur., n. 141, utramque sententiam exponit, et quidem ultimo loco hanc affirmativam; sed nullum judicium de eis profert. Et opinionem supra allatam de regularium privilegio dicit « late » a Mendo refutari.

Communi-
nus: etiam
abbates.

Peregrini:
ni, subdi-
tum quoad abso-
lutum.

praefatis casibus occultis ab episcopo loci, non vero a suo proprio; quia absolutio sacramentalis, de qua loquitur concilium, requirit praesentiam ^{a)}. Vide Lib. VI, n. 593. — Et ideo in eadem declaracione dictum fuit, quod episcopi extra Sacramentum nequeunt a casibus jam dictis absolvere: contra id quod assentunt Salmantenses cum Bonacina aliisque; immo Fagnanus tradit ¹, hoc idem declaratum etiam fuisse a Gregorio XIII. — Hoc currit quod *absolutionem casuum*.

Quoad vero *dispensationem* ab irregularitatibus et suspensionibus propter delictum occultum, idem Gregorius XIII declaravit, non posse illam concedi ab episcopis loci, nec etiam iis qui ibidem, officium praetoris vel medici exercendo, commorarentur, ut refert Fagnanus ².

Utrum vero *proprius episcopus valeat dispensare in irregularitate, cum subdito absente in aliena dioecesi?*

Negant Avila ^{b)} aliquie. Sed communius et probabilius affirman Bonacina, Tournely ^{c)}, Suarez, Barbosa, Sanchez, Salmant. ^{c)}, etc.; quia dispensatio potest etiam absentibus dari, et jurisdiction voluntaria potest etiam extra proprium ter-

^{a)} Salmant., tr. 10, cap. 2, n. 54, i. pr. - Bonac., disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 1, v. *Tertio*. — ¹ In cap. *Dilectus 15*, de tempor., ordinat., n. 36. — ² Loc. cit. - Bonac., de Irregul., disp. 7, qu. 5, punct. 1, n. 5. - Suar., de Censur., disp. 41, sect. 2, n. 10. - Barbosa, in Trid., sess. 24, cap. 6, n. 44; et de Offic. et Potest. episcopi, alleg. 39, n. 7. - Sanch., Decal., lib. 2, cap. 11, n. 12. - Salmant., loc. cit., n. 53. - Suar., de Censur., disp. 41,

ritorium exerceri. — Neque obstant verba illa: *in dioecesi sua, praefati capitibus Liceat*; quoniam ajunt Salmant. et Tournely ^{c)}, illa sufficienter verificari, quando episcopus dispensat a sua dioecesi. Immo valde probabiliiter dicunt Suarez, Sanchez, Lacroix, et Holzmann cum Castropala et Pignatello ^{d)}, praefata verba non referri ad primam partem dispensationis irregularitatis; sed tantummodo ad secundam (in qua sunt posita) de *absolutione casuum*: unde concludunt, posse episcopum dispensare, etiamsi ipse et subditus maneat extra propriam dioecesim. Vide Lib. VII, n. 81.

33. - Notandum 4^o. — Nomine *delicti occulti*, non intelligendum illud quod potest in judicio probari per duos testes, ut quidam volunt, ratione cujusdam declarationis S. Congregationis apud Fagnanum, in qua dicitur, quod tutus [non] sit in conscientia, qui tali casu absolutus vel dispensatus sit. — Sed, ut vult communior sententia, nomine *delicti occulti* intelligendum quocumque delictum, quod aliquo modo possit celari, etiamsi in judicio probari possit. Unde dicunt, Azor ^{a)}, Sanchez, Contin. Tournely, Bonacina ^{b)},

sect. 2, n. 10. - Sanch., Decal., lib. 2, cap. 11, n. 12. - Croix, lib. 7, n. 470. - Holz., de Poenis Eccles., n. 327, v. *Dicitur 1^o*. - Castrop., tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 9. - Fagnan., in cap. *Vestra 7*, de cohabit. clericor., n. 127; cfr. in cap. *Dilectus*, de tempor. ordinat., n. 37 et 38; cfr. Pallottini, v. *Episcopus*, § 14, n. 21 et 22. - Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 34, n. 55; Decal., lib. 2, cap. 11, n. 19. - Cont. Tourn., de Censur., part. 1, cap. 5, art. 1, qu. 2, resp. 4, v. *Possunt Episcopi*.

Delictum occultum, quid.

32. - ^{a)} Ita quidem Suarez afferit S. C. declarationem; sed apud Pallottini, v. *Episcopus*, § 14, n. 51, habetur tantum episcopum posse « absolvere in sacramento Poenitentiae exteros commorantes in sua dioecesi; sed non dispensare in casibus cap. 6, sess. 24 de reformatione contentis ». Et hoc etiam sibi praefati exteri extra suam dioecesim delictum commiserint: ut apud euindem Pallott., n. 52, habetur. Ex qua declaratione facile colligitur extra sacramentum Poenitentiae hanc *absolutionem* concedi non posse.

^{b)} Avila, de Censur., part. 7, disp. 10, dub. 6, ante concl. 2, v. *Circa*, loquitur non de subdito, sed de ipso episcopo absente.

^{c)} Contin. Tournely, de Censur., part. 1, cap. 5, art. 1, qu. 2, resp. 4, vers. *Possunt episcopi*, haec quidem afferit et exponit « non ut omnino certa, sed ut a nostrisibus discutiantur », ut ipse dicit. Et ibi loquitur, sicut et

Salmant., tr. 10, cap. 2, n. 53, de *absolutione a casibus reservatis*; sed haec profecto, et posterior ratione, applicari valent dispensationi ab irregularitate.

^{d)} Pignatellus, quamvis totam conclusiōnem non habeat, ejus tamen rationem afferit, tom. 6, consult. 99, n. 49, ubi scribit: « Haec verba...: *in dioecesi sua*, non sunt apposita in facultate concessa ad dispensandum, sed solum in facultate concessa ad absolendum a casibus occultis, ea ratione quia dispensandi facultas exerceri potest in absentem ».

33. - ^{a)} Azor, part. 1, lib. 8, cap. 10, quaer. 9, de haeresi occultula disserens, Trident. decretum eo sensu explicat, « ut occultum eo loco sumatur, ut a notorio et publico distinctum ».

^{b)} Bonacina, disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 1, v. *Quarto*, non requirit ut decem personae commorentur in loco; in reliquis concordat.

Castropalaus, Salmant. ^{c)} aliique, tunc delictum non censeri occultum, quando innotuit majori parti oppidi vel vicinia vel collegii; dummodo ibi decem saltem commorentur personae. Vide Lib. VI, n. 593, v. *Not. 3*.

Et card. Lambertinus ¹ cum Tiburtio Navarro ^{d)}, Syro ^{e)}, etc., (loquendo de impedimentis occultis matrimonii, ubi currit eadem regula) asserit, haber pro occulto impedimentum illud quod innotuit septem vel octo in aliqua civitate, et sex in aliquo oppido. Et idem Fagnanus ² testatur S. Poenitentiarium habere pro impedimento occulto, illud quod quatuor aut quinque tantum personis sit notum. Immo mihi constat, S. Poenitentiarium dispensasse in quodam impedimento, quod decem circa personis innotuerat. (Vide Lib. VI, n. 111). — Praeterquamquod idem Fagnanus affirmat, tunc delictum vel impedimentum non censeri occultum, quamvis duobus [tantum] testibus notum, quando in concessione absolvendi aut dispensandi extat clausula: *dummodo sit omnino occultum* ^{f)}, [et plane ignoretur].

34. - Dubitatur hic 1^o. *Utrum episcopus absolvere possit aut delegare, vigore capituli Liceat, facultatem absolvendi etiam a casibus reservatis cum censuris ab aliis episcopis, quando sunt occulti?*

Quoad *dispensationem irregularitatum*, sufficit (ut dicunt Suarez, Barbosa, Sanchez aliique) quod episcopus simpliciter delegatur.

^{a)} Dispensatio generaliter delegatur.

^{b)} Castrop., tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 10. — ¹ Notific. 87, num. 45. — ² In cap. *Vestra 7*, de cohabit. clericor., n. 118. - Fagnan., loc. cit., n. 120. - Suar., de Censur., disp. 41, sect. 2, n. 8. - Barbosa, in Trid., sess. 24, cap. 6, n. 45, i. f. - Sanch., Decal., lib. 2, cap. 11, n. 25. - Suar.,

^{c)} Salmantenses, tr. 10, cap. 2, n. 59, occultum non censeri irregularitatem esse dicunt, ita ut, « nisi sciatur a majori parte vicinia, parochiae, collegii vel monasterii, ita quod ex vi-ginti vicinis undecim ad minus sciant, illud occultum existimetur ».

^{d)} Tiburt. Navarrus, *Manuduct. ad prax. introduct.*, cap. 3, hanc sententiam sub hac conditione tradit: « modo scilicet ab illis jam non fuerit [res] divulgata, aut ex circumstantiis non appareat rem quidem nunc occultam, tamen facile publicandam ».

^{e)} Syrus, *Dilucidat. facultat. minor. poenitentiar.*, part. 2, cap. 4, v. *Sexto*, de ipsa irregularitate loquitur; quod jure merito Lambertinus ad occultula matrimonii impedimenta transfert.

^{f)} Hic de irregularitate occultula aliquid ex

ter aliis suam facultatem committat, sine ulla speciali deputatione; quoniam praefata dispensandi facultas vigore concilii competit hodie episcopis de potestate ordinaria: cum ea adnexa sit officio episcopi, non vero industriae personae.

Quantum autem ad *absolutionem casuum*, quidam affirmant requireti speciale deputationem pro quocumque casu particulari, attentis verbis Tridentini: *per se ipsos aut vicarium ad id specialiter deputandum*. — Verum, hoc non obstante, communissima sententia est et probabilius, cum Suarez, Sanchez, Barbosa, Navarro, Laymann ^{a)}, Lacroix, Salmant., etc., posse episcopum etiam generaliter delegare alicui sacerdoti hanc facultatem cap. *Liceat*, dummodo expresse illam specificet; quoniam specificando, jam habetur pro facta specialis deputatio, quae recte quidem poterit inde generalis esse pro cunctis casibus occurribus: nam, ut diximus, haec facultas hodie competit episcopis *de jure ordinario*, utpote adnexa dignitati episcopali. Vide Lib. VI, n. 594, *Dubit. 10*.

35. - Dubitatur hic 2^o. *Utrum episcopus absolvere possit aut delegare, vigore capituli Liceat, facultatem absolvendi etiam a casibus reservatis cum censuris ab aliis episcopis, quando sunt occulti?*

Bonacina et alii affirman, ob particulam etiam, quae in eodem capite legitur:

de Poenit., disp. 30, sect. 2, n. 9. - Sanch., de Matr., lib. 2, disp. 40, n. 17; Decal., lib. 2, cap. 11, n. 23. - Barbosa, in Trid., sess. 24, cap. 6, n. 45, i. f. - Navar., Consil. 1, de constitut., n. 88 et 89. - Croix, lib. 7, n. 135, cum n. 147. - Salmant., tr. 10, cap. 2, n. 54.

Item ab soluto casuum, sed diversimo de.

In quibuscumque casibus occultis ETIAM Sedi Apostolicae reservatis. Unde ajunt, ne particula etiam inutiliter videatur apposita, intelligendum esse concessam episcopis facultatem absolvendi etiam censuras occultas ab aliis episcopis sibi reservatas. Ita Bonacina¹; ibique addit, hoc videri receptum consuetudine, quae conferre solet jurisdictionem^a). Item addit hoc intelligendum, modo illa censura lata sit per statutum vel sententiam generalem; nam, si lata sit per sententiam particularem, existimat absolutionem impendendam esse a praefato qui eam tulit, vel ejus superiore, vel successore. Ratio, quia eo casu, cum censura lata sit per sententiam particularem, crimen non est amplius occultum, sed publicum; citatque Suarez², Avilam, Coninckum et alios.

Idem tenet Barbosa³, qui inter subditos numerat etiam advenas et peregrinos et etiam vagabundos: quia isti subduntur episcopo loci, ratione fori sacramenti Poenitentiae^b); citatque Suarez, Sanchez, Novarium, Bossium, Trullench, etc. Idem tradit Barbosa⁴ cum aliis. Et referunt decisum Nicolaus Garcia⁵, Armendariz et Stephanus Dalvin⁶.

Id tamen videtur intelligendum juxta limitationem Clementis X, qui bulla *Superna*, edita 21 Junii 1670, ait⁷ posse... regularem confessorem, in ea dioecesi in qua est approbatus, confluente ex alia

dioecesi, a peccatis in ipsa reservatis... absolvere; nisi eosdem poenitentes noverit, in fraudem reservationis ad alienam dioecesim pro absolutione obtinenda migrasse. — Quomodo autem intelligi debeat illud in fraudem, vide dicenda Lib. VI, n. 589, v. *Quomodo, etc.*; ubi probabilius censemus cum Roncaglia et aliis, illud in fraudem intelligendum esse, cum quis alienam petit dioecesim, ob principalem finem obtinendi absolutionem, vitandique iudicium proprii pastoris. E contra, auctor Theologiae moralis in usum seminarii Petrocensis, relatus a Benedicto XIV⁸, scribit: *Receptissima... consuetudo est, ut viatores, mercatores aliique, qui propter negotiorum necessitatem vel ob pium alium finem, in alienas dioeceses transeunt, ibi possint sacramentaliter absolviri.*

36. — Dubitatur 3°. *Utrum facultas Tridentini intelligatur concessa episcopis, etiam pro casibus et irregularitatibus post concilium reservatis?*

Garcia et Floronus apud Dianam negant; et inferunt ex quadam declaratione Gregorii XIII, in qua, cum dubitatum fuisset, utrum episcopus posset absolvere monialem frangentem clausuram, ab excommunicatione (quando est occulta) a S. Pio V reservata; Pontifex declaravit non posse^a). Attamen sententia communissima, cum Sanchez, Bonacina, Suarez, Bossio, Diana, Vega aliquis, jure affir-

Migratio
in fraudem
reservationis,
quid.

Facul-
tas Tridentini exten-
ditur ad re-
centiores
casus.

n. 23. Cfr. Pallottini, v. *Episcopus*, § 14, n. 51 et 52. —⁷ Bulla *Superna*, § 7. — Roncagl., tr. 19, qu. 7, cap. 2, qu. 1, resp. 2. —⁸ De Synod., lib. 5, cap. 5, n. 8. — Petroeor., de Poenit., cap. 7, qu. 6, i. f. — Garcia, de Benef., part. 11, cap. 10, n. 122 et 123. — Floron., de Casib. reserv., part. 1, cap. 4, § 22, n. 4. — Diana, part. 7, tr. 2, resol. 20. — Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 11, n. 8 et 9. — Novar., Singularium et pract. jur. can. conclus. concl. 2, n. 2. — Boss., de Jubil., sect. 1, cas. 10, n. 155. — Trull., Decal., lib. 1, cap. 3, dub. 4, n. 6. —⁴ De Off. et Potest. episcopi, alleg. 39, n. 4 et 5. —⁵ De Benef., part. 11, cap. 10, n. 139. — Armendariz. Addit, ad recipi. legum Navar., ad lib. 1, tit. 18, 1. 7 de Irregular., n. 18. —⁶ De Potest., episcoporum, cap. 27.

Limitatio.

scopus « vicario suo vel alteri idoneae personae talem facultatem specialiter committat ». Quod sane potiori ratione valebit pro absolutione ceterorum casuum.

35. — a) Sed postea S. Alphonsus hanc opinionem expresse rejicit, et sententiam negativam secutus est, uti liquet ex lib. VI, n. 594, dub. 8.

b) Quaecumque hic ex Barbosa auctoribus ab ipso allegatis afferuntur; pariterque

quod a Garcia aliquis decisum asseritur, referenda sunt, non ad facultatem qua poleret episcopus absolvendi a casibus quos alii episcopi sibi reservassent; sed ad id dumtaxat, quod peregrini Tridentino decreto comprehendantur, ita ut ab episcopo loci in quo periuntur, a casibus papalibus occultis possint absolviri.

36. — a) Due declarations afferuntur a Garcia: una scilicet, qua declaratur casus post

mat; in capite enim *Liceat* conceditur facultas indefinite; et secundum axiomam generale: *Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.* Neque obstat laudata declaratio; quia in bulla S. Pii extabat clausula: *a quo [vinculo], praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvvi nequeant.* Unde prorsus non dubitamus cum Diana^b), quod per illas bullas, in quibus extat aliqua clausula derogatoria, ut est illa: *nisi in mortis articulo, intelligitur ablata episcopis facultas.* — Vide Lib. VI, n. 594, *Dubit.* 7 et 8.

37. — Dubitatur 4°. *Utrum episcopus, vigore capitinis Liceat, possit absolvere ab excommunicatione papali, quam per bullam Benedicti XIV Sacramentum, incurruunt confessarii, absolventes suos complices in peccato turpi?*

Ex parte una, videtur quod non possit; quia, cum casus iste per se sit occultus, si episcopi possent ab illo absolvere,

Navar., Manual., cap. 27, n. 260, v. *Septimo*, et n. 275. —

Tridentinum Papae reservatos non comprehendendi in cap. *Liceat* (et hanc solam Floronus afferit); altera, quam memorat S. Alphonsus. Quae declarationes habentur apud Pallottini, v. *Episcopus*, § 14, n. 10 et seqq.; et v. *Sacramentum Poenitentiae*, n. 102.

b) Diana utique, loc. cit., resol. 20, negat episcopum posse ab hujusmodi casibus absolvere, quando in constitutione « adest clausula sufficienter derogans huic decreto concilii ». Non tamen loquitur de clausula: *nisi in mortis articulo*; quin imo videtur eam pro insufficienti habere, scribens, resol. 21: « Ad revocandam dictam facultatem requiritur ut specialis mentio fiat de illo » concilio. — Praeterea sedulo notandum est S. Alphonsum a sententia, quam hic tenet juxta priores editiones, postea recessisse, uti constat ex 7^a editione Theologiae moralis, lib. 6, n. 594, dub. 8. Patet etiam ex quadam monito, quod in calce 3^{ac} editionis Hominis apostolici (1770), post in dicem materiarum inserendum curavit, tamquam de re magni momenti, utpote quae spectet ad jurisdictionem omnium episcoporum. (Vide epist. 8 Aprilis 1770, ad Remondinum; Corrispond. speciale, lett. 236). In hoc monito, S. Doctor refert se, tract. 20, cap. 3, n. 36, negasse episcopum posse, virtute cap. *Liceat*, absolvere ab excommunicatione occulta Pontifici reservata, si in bulla reservationis adsit clausula: *a qua praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvvi nequeant.* « Sed re maturius perpensa, ait S. Do-

ctor, inveni id communius ab aliis non ap-
probari. Quapropter hic expono ambas senten-
tias, quae adsunt super hoc punctum ». Et haec quidem, in quarta et quinta editione
Hominis apostolici (Bassani 1777 et 1782), quae
vivente S. Alphonso editae sunt, in ipso textu
operis reperiuntur, tr. 20, cap. 3, n. 36. Haec
ultima opinio videtur conformior constitutioni
Apostolicae Sedi, quae confirmat facultatem
episcopis concessam per cap. *Liceat*, absolvendi a quibuscumque censuris Romanu-
mPontifici reservatis, exceptis iis quae speciali modo
reservantur. Vide num. seq., notam a.

37. — a) Dubium istud solvit in consti-
tutione *Apostolicae Sedi*, in qua negatur
episcopis facultas absolvendi a casibus spe-
ciali modo reservatis Romano Pontifici: ejus-
modi sunt absolutio complicis in peccato turpi
et haeresis (de qua S. Alphonsus tractat num.
seq.): « Firmam tamen esse volumus (sunt
verba Pianae constitutionis) absolvendi facul-
tatem a Tridentina synodo episcopis conces-
sam, sess. 24, cap. 6, de Reform., in quibus-
cumque censuris Apostolicae Sedi hac nostra
constitutione reservatis, iis tantum exceptis,
quas eidem Apostolicae Sedi speciali modo
reservatas declaravimus ».

38. — a) Coninck, de Excom. disp. 14,
n. 243, ait ablatam esse episcoporum facul-
tatem quoad haeresim, non autem quoad alios
casus.

b) Concina sibi ipsi non consentit; nam
de Sacr. Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2,

et Salmant.^{c)}; dicentes, quod in bulla non fuerit expresse revocata concessio Tridentini quemadmodum oportebat¹.

Sed nos cum sententia communiori affirmamus, et ob plures S. Congregatio- nis declarationes, tam vigore clausulae derogatoriaie: *Nisi in mortis articulo, quae in bulla jam legitur (ut diximus antece- denti n. 36), quam vigore alterius clau- sulae, qua prohibetur ab illis absolvere praetextu quorumvis indultorum, per Nos, ac cuiusvis concilii decreta concessorum.* Hac de re, plures a Fagnano et card. Lambertino² afferuntur declarationes, etiam S. Pii V et Gregorii XIII. — Insuper ab Alexandre VII damnata fuit proposito 3^a, quae dicebat, quod prior sen- tentia a S. Congregatione fuerat *visa et tolerata*. Quae damnatio, ut recte dicunt Viva^{d)}, Holzmann, Elbel, praelaudatus cardinalis Lambertinus³, certe reddidit improbarem contrariorum sententiam; nam, cum Pontifex declaraverit nunquam illam fuisse toleratam, implicite quoque declaravit non esse tolerandam. Unde Lambertinus concludit, quod non sine temeritatis nota, quis ea hodie uti possit.

¹ Ex cap. Nonnulli 28, de rescript. - S. Congr. Conc., vide apud Pallottini, v. *Episcopus*, § 14, n. 8 et 9; et v. *Sacramentum Poenitentiae*, n. 104. — *Fagnan.*, in cap. *Quoniam*, de constitut., n. 29, et cap. *Dilectus*, de tem- porib. ordinat., n. 31. — ² De Synodo, lib. 4, cap. 1, n. 5; et lib. 9, cap. 4. - *Holzmann*, de Poen. Eccl., n. 218, § *Contra secundum et § Quibus maturae*. - *Elbel*, de Censur., n. 253,

n. 8, affirmat derogatum esse Tridentino quoad haeresim; ad cuius probationem allegat propositionem 3^{am} ab Alexandre VII damnata, quae loquitur de quibuscumque casibus bullae Coenae. Postea vero, tr. *de Censur.*, lib. 3, diss. 1, cap. 7, n. 8 et seqq., de eadem quaestione disserens, varias opiniones afferit, sed a judicio ferendo abstinet, his verbis concludens, n. 10: «Quare hanc controversiam illis quorum interest dirimendam relinquo».

^{c)} Salmant. tr. 10, cap. 2, n. 56, hanc sententiam probabilem vocant (si excipiatur haeresis). Verum, n. 58, sese revocant propter propositionem ab Alexandre VII damnata; et patrocinantur sententiae quam ipse S. Alphonsus propugnat.

^{d)} Viva, *in propos. 3 Alex. VII*, n. 4, dicit ex damnatione: «Si prius tenuem [illa sententia] habebat probabilitatem..., nunc ha- bet tenuissimam...; si vero prius erat solide probabilis, nunc ab ea solida probabilitate multum est deturbata; et a doctoribus ex-

39. — Advertendum tamen hic est quod, licet episcopus in foro interno nequeat ab haeresi occulta absolvere; potest nihilominus, tamquam delegatus apostolicus, dispensare in irregularitate incursa ob dictam haeresim occultam: ut dicunt Salmant.^{a)} et Felix Potestas. Vide Lib. VII, n. 76. — Insuper bene potest episcopus, ut delegatus apostolicus, absolvere haereticum, etiam notorium, quoad forum externum, facta prius abjuratione coram notario et testibus: et postquam absolutus fuerit ab episcopo delinquens, tunc poterit ipse absolviri a peccato haeresis a quolibet confessario. Ita affirmant communiter doctores, Roncaglia^{b)} cum Farinacio, et Castropalaus^{c)} cum Sanchez^{d)}, Navarro^{e)}, Bañez, Gutierrez^{f)}, Comitolo^{g)}, Vivaldo^{h)}, etc.; ex bulla *Cum sicut Clementis VII*, edita anno 1530.

40. — Dubitatur 6^o. *Utrum episcopus absolvere possit ab haeresi, et ab aliis casibus bullae Coenae, impeditos ire Romam?*

Alii absolute negant; alii negant tan- tum in haeresi. — Sed nos affirmamus communiter posse, cum communi senten-

Episcopus dispensat in irregularitate ex haereticula.

Episcopus absolvit haereticum in foro ex- terno.

Impediti Roman ad- ire.

v. f. — ^{a)} De Synodo, lib. 9, cap. 4, n. 10; et cap. 5, n. 4. — *Potestas*, Exam. confess., tom. 1, num. 3338. — ^{b)} Tr. 4, de Censur., qu. 1, cap. 6, quer. 4, resp. 1, i. f. - *Farinac.*, de Haeresi, qu. 192, num. 52. — ^{c)} Tract. 4, disp. 4, punct. 8, § 1, num. 23. - *Bañez*, in 2^{am} 2^{ec}, qu. 11, art. 4, concl. 2, vers. *Præterea advertendum* (loquens de inqui- sitoribus).

minandum esset, num ad tenuem probabilitatem declinasset insufficientem ad prudenter operandum... Praescindendo an, dum ea sententia a Pontifice ex cathedra dicitur non esse tolerata, implicite etiam dicatur non esse digna quae toleretur».

^{39. — a)} Salmanticenses contra, negant irregularitatem incurri ob haeresim occultam, tr. 10, cap. 8, n. 79.

^{b)} Sanchez, *Decal.*, lib. 2, cap. 12, n. 3, dicit inquisidores in solo foro externo constitu- tos esse judices.

^{c)} Navarrus et Gutierrez id non habent, quod reperire potuerim.

^{d)} Comitolus, *Resp. moral.*, lib. 4, qu. 2, n. 2, loquitur tantum de modo quo facienda est ab episcopo haeretici reconciliatio in foro externo. — Vivaldus pariter in *Candelab. aur.*, *de Absolut.*, n. 12, asserit episcopum ex officio esse inquisitorem ordinarium contra haereticos; et n. 15, dicit quomodo facienda sit ab inquisitore reconciliatio.

tia theologorum et canonistarum, quam tenent Lugo, Laymann, Concina, Roncaglia, Castropalaus, Milante, Salmant, Coninckius, Avila, Potestas, Viva, Pellizzarii, etc. Quia, stante impedimento, restituitur episcopis potestas ordinaria, quam prius habebant super dictis casibus, vi- gore cap. 13, 29 et 58, *de sent. exc.*; ubi, quamvis sermo habeatur tantum de cen- sura ex percussione clerici, tamen com- muniter doctores extendunt ad omnes alias censuras; et specialiter ex cap. *Eos qui 22, eod. tit. in 6^o*, ubi generaliter sermo habetur de omni censura canonis vel ho- minis, et dicitur, cum ad illum, a quo fuerant absolvendi, nequeunt propter im- pedimentum, habere recursum, ab alio absolvantur^{a)}. — Vide Lib. VII, a n. 85 ad 87.

^{a)} Impedi- mentum perpe- tum.

43. — Si vero impedimentum sit *perpetuum* (id est, duraturum sit per decem annos vel saltem quinque, ut dicunt Ron- caglia, Viva et Tamburinius) absoluti remanerent penitus liberi ab obligatione se praesentandi.

Sed, generaliter loquendo, *impediti in perpetuum* dicuntur: 1^o. Filii familias. — 2^o. Religiosi, etiamsi incurrerint censuram ante ingressum. — 3^o. Senes septuage- narii. — 4^o. Servi. — 5^o. Pauperes. — 6^o. Damnati in vita ad triremes vel car- ceras. — 7^o. Infirmi morbo gravi et diu- turno, ut quartana, et simili. — 8^o. Qui alere tenentur, vel ministrare bona fa- miliae. — 9^o. Omnes mulieres, etiamsi non moniales (excepta excommunicatione quae incurritur a monialibus ob fractio- nem clausurae, quamvis occultam, quae semper reservatur Papae^{b)}, ex declara- tione Gregorii XIII, ut diximus n. 36). — 10^o. Impuberis, etiamsi peterent absolviri post pubertatem. — 11^o. Qui convivunt in loco aliquo, unde egredi nequeant, ut mil- ites, seminaristae. — Et tandem caeteri omnes, qui nequeunt Romam ire sine gravi damno, vel spirituali, vel tempo- rali. — Vide Lib. VII, n. 88.

^{b)} Perpetuo impediti quinam sint.

42. — Notetur 2^o. Quod respectu eorum qui sunt impediti, veniunt senes, mulie- res, infirmi, impuberis, pauperes et illi qui aliquam habent inimicitiam, et omnes alii qui habent alias justas excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusen- tur^{a)}. In hoc autem advertatur, quod si impedimentum sit *temporale*, et est *notabile* (duraturum, exempli causa, sex vel

^{a)} Impedi- mentum tempo- rale.

Lugo, *de Sacram. Poenit.*, disp. 20, n. 218. - *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 6, n. 5. - *Concina*, *de Censur.*, diss. 1, cap. 7, n. 13. - *Roncaglia*, loc. cit., resp. 2. - *Ca- strop.*, tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 6. - *Milante*, Exer- cit. 3, in propos. 3 damn. ab Alex. VII, v. f. - *Salmant.*, tr. 10, cap. 2, n. 63; et tr. 18, cap. 4, n. 164. - *Con.*, disp. 14, de Excom., n. 240 et 241. - *Avila*, *de Censur.*, part. 2, cap. 7,

spondit: «Attenta praxi S. Poenitentiariae præsertim ab edita constitutione apostolica san. mem. Pii PP. IX, quae incipit: *Apostolicae Sedis, NEGATIVE*». Quod responsum Leo XIII, die 30 Junii ejusdem anni, appro- bavit et confirmavit.

43. — ^{a)} Haec tamen, in constitutione *Apo- stolicae Sedis*, recensetur inter excommuni- cationes Romano Pontifici *simpliciter reser-*

44. - Notandum 3º. Quod taliter impec-
diti, secundum probabiliorem communem-
que sententiam Castropalai, Avilae, Co-
ninckii, Milantis, Roncagliae, Salmant.,
Vivae, Sporer, Dicastilli aliorumque (con-
tra Bonacina et Potestà), non tenentur
recurrere Romam per procuratorem aut
per epistolam.

Quia, stante impedimento (ut diximus n. 40), restituitur episcopis potestas ordinaria absolvendi, quae ipsis per pontificiam reservationem fuerat ablata. Eo magis, quia lex ad aliud non obligat, nisi ad recursum personalem; unde qui personaliter Romam ire impeditur, solvitur ab omni alia obligatione ^{a)}. — Vide Lib. VII, num. 89.

Castrop., tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 6. - *Avila*, de Censur., part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 6, concl. 3, vers. *Secundo*. - *Con.*, disp. 14, n. 241. - *Milante*, exercit. 3, in propos. 3 *Alex. VII*, v. f. - *Roncaglia*, tr. 4, de Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 2, i. f. - *Salmant.*, tr. 10, cap. 2, n. 65. - *Vizca*, in propos. 3 *Alex. VII*, n. 7. - *Sporer*, Theol. sacram., part. 3, cap. 6, n. 750. - *Dicast.*, tr. 10,

vatas; hinc juxta dicta in nota α ad num. 37 supra, si sit occulta, episcopi ab ea possunt absolvere.

44. - a) Opinio ista non potest amplius sustineri. Ad quaesitum enim: «Utrum [quando poenitens versatur in impossibilitate personaliter adeundi Sanctam Sedem] recurrendum sit saltem per litteras ad Em. cardinalem Majorem Poenitentiarium, pro omnibus casibus Papae reservatis, nisi episcopus habeat speciale indultum, praeterquam in articulo mortis, ad obtinendum absolvendi facultatem?» S. O., die 23 Junii 1886 respondit: *Affirmative*. At in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequeat absque

pericula gravis scandali vel infamiae, dari posse absolutionem, injunctis de jure injungendis, a censuris etiam speciali modo Summo Pontifici reservatis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad S. Sedem. — Posse etiam sub iisdem conditionibus absol-

tionem dari in casu quo nec infamia nec scandalum est in absolutionis dilatione, sed durum valde est pro poenitenti in gravi peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolventi a reservatis, uti declaravit idem S. O. die 16 Junii 1897. — Si vero nec confessarius nec poenitentis scribere queant ad S. Poenitentiariam, et durum sit poenitenti alium adire confessarium; vel si poenitentis scribendo imparet eidem confessario iterum se praesentare ne-

45. - Notandum 4°. Quod, quando poenitentis nequit se Pontifici praesentare, tenetur necessario ad episcopum habere recursum ut absolvatur a censura papali.¹

Quando vero nec etiam se potest episcopo praesentare (etiam extra mortis periculum), est valde probabile cum Soto ^{a)}, Navarro ^{b)}, Suarez, Castropalao, Laymann ^{c)}, Roncaglia, Salmant., La-croix ^{d)}, etc., quod absvoli possit a quocumque simplici confessario (cum obli-gatione tamen se praesentandi episcopo, cessante impedimento), ut deducitur ex-textu in cap. *Nuper 29, de sent. excom.* Vide *Lib. VII, n. 92.* — Et tunc dicimus, quod poenitens probabiliter, per se lo-quendo, ut dicunt Castropalaus ^{e)}, Gerso-

de Censur., disp. 3, n. 57. - *Bonac.*, disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 4, vers. *Ego vero*. - *Potest.*, tom. 1, n. 3346. - *Cap. De caetero II;* et cap. *Ea noscitur quae* de sent. excom. - *Suar.*, de Poenit., disp. 30, sect. 3, num. 8, i. f. - *Castrop.*, loc. cit., num. 6. - *Roncaglia.* loc. cit., quaer. 4, resp. 3. - *Salmant.*, loc. cit., num. 63, vers. finem.

queat, et pariter durum sit poenitenti alium
adire confessarium, licet confessario poeniten-
tem absolvere a casibus S. Sedi reservatis
absque onere mittendi epistolam. S. O., die 9
Novembr. 1898 et 5 Septembr. 1900. Exciptum
tamen casus absolutionis complicis, ex de-
creto S. O. de die 7 Junii 1899. — Quando-
autem aliquis fuit absolutus, ut supra, ratione
urgentis necessitatis, satis est recursus ad
episcopum, qui facultate absolvendi instructus
sit, vel ad ejus vicarium generalem; non
vero ad quemlibet sacerdotem habitualiter
subdelegatum ab Ordinario ad absolvendum
ab his papalibus reservatis. Decr. S. O. de
die 17 Decembr. 1900.

45. - a) Sotus, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 3, v. f., vers. *Denum*, dumtaxat scribit impeditos posse absolvī « a suo praelato, vel sacerdote ». Subdit tamen nunc standum esse consuetudinē potissimum in causa haeresis.

b) Navarrus, in *Man.*, cap. 27, n. 90, negat tantum hujusmodi impeditum absolvī posse « a simplici sacerdote, etiamsi cum nuntiis, et ceteris auxiliis adhucit ».

titus vel episcopus absolvere recusent ».
c) Laymann, lib. I, tr. 5, part. 2, cap. 6, n. 5, assertur absolutionem ab excommunicatione ob clerici percussionem, reservari episcopo, etiam in mortis articulo, « modo eocasu ad episcopum accessus sit ».

*d) Lacroix, lib. 6, part. 2, n. 1624, hanc
Vivae sententiam exponit, ita tamen ut éam
nec reprobet nec approbet.*

e) Palaus, tr. 21, punct. 21, n. 6; et Lugo de Euchar. disp. 14, n. 86. hoc dicunt de

nius ^f), Sotus, S. Antoninus ^g), Lugo ^e), Salas ^h), etc., non tenetur confiteri peccata reservata: nisi quando in illis est recidivus, aut ratione illorum exstet in occasione proxima, adeo ut necesse sit illa manifestare, ut confessarius recte jucicare valeat de sua dispositione (Vide Lib. VI, n. 265, Qu. 2).

Et quando poenitens est in mortis articulo, probabiliter, etiam praesente episcopo, absvolvi potest a casibus papalibus a quocumque confessario; in morte enim (ut diximus) cessat quaecumque reservatio. — Dicimus: *a casibus papalibus*; sed non a casibus reservatis cum censura ab eodem episcopo. Quoniam confessarius etiam moribundo injungere debet, quod se praesentet suo superiori, casu quo convalescat, ut accipiat ab eodem tam convenientem admonitionem, quam poenitentiam ob censuras reservatas, quamvis absolutas; juxta communem sententiam. Unde, quomodo possit inde absolvere, superiore praesente, vide *Lib. VII, n. 92.* v. *Satis etiam.*

Sed transeamus ad reliqua privilegia et facultates, quibus gaudent episcopi.

Petrus Sotus, de Institut. sacerdot., de Confess., lect. 10,

eo qui, accessurus ad sacram mensam et habens peccata mortalia reservata et non reservata, non potest confiteri nisi simplici confessario.

f.) Gersonius, in opusc. *Super absolvendi potestate*, dilucide enuntiat hanc opinionem: « Casus reservati praelatis, inquit, possunt audiri per eos aut eorum vicarios et absolvit, dum tamen poenitentes bona fide proponant reliqua confiteri suis habentibus potestatem; immo quod libenter confiterentur uni et eidem, si simul idem confessor vel vellet, vel posset absolvere ».

§ 6, haud obscure innuit, scribens S. Thomam contrariam sententiam « persuadere, non demonstrare » se intendisse.

*h) Salas videtur citari hic ex cardinali de Lugo, uti lib. 6, n. 265, quaer. 2; Lugo autem citat MSS. de Poenit., quae reperire nequivi. Sed quidquid sit, in quodam Ms. Universit. Salmant. ejusdem *Salas de Euchar. Sacr.*, dub. 108, v. f. (fol. 228 et 228^t), Salas distinctionem adhibet, scribens: « Quando urgat necessitas, et recordatur quis peccati serviati praelato absenti, qui commode adiri non potest.... tunc potest communicare, vel confi-*

46. - II. Exstant in jure quaedam ex-
communicaciones, quarum absolutio tan-
tummodo episcopis est reservata. — Et
quint^o. *Centro persecutio clericorum vel*

sunt 1°. Contra percutientes clericum, vel monachum, vel aliam personam habentem privilegium canonis. — 2°. Contra procurantes abortum foetus animati. — 3°. Contra eos qui absolvuntur in mortis articulo a censura episcopis reservata, et postea, recuperant sanitatem, non curant se eidem praesentare. — 4°. Contra Fratres Minores, admittentes in suis ecclesiis ad divina officia Fratres Tertiis Ordinis. — 5°. Contra communicantes in eodem delicto, cum excommunicatis ab episcopo. — 6°. Reservantur tandem omnes excommunicationes quas episcopus sibi reservat ^{a)}. — Vide *Lib. VII*, n. 213.

Adnotanda autem hic sunt quaedam
specialia circa absolutionem excommu-
nicationis *ob percussionem clericorum*. — Ante
omnia, distinguenda est percussio levis a
gravi (seu mediocri) et ab enormi. Ad
incurrentiam excommunicationem, sem-
per requiritur peccatum mortale. — Per-
cussio *levis*, ut habemus ex extrav. *Per-*
lectis, quam per extensum refert Navar-

**Casus epi-
scopis reser-
vati.**

Percussio
clericu
quotplex.

est sententia cum Toleto, Suarez, Castro-palao, Sanchez, Salmant. [Contin.] Tournely, aliisque compluribus, posse episcopum dispensare, etiam quoad susceptio-nem majorum ordinum; et probatur ex cap. 4, de cleric. conjug., et cap. 1, Qui cler. vel vov. — Excipiendum vero com-muniter, si clericus habuerit in uxorem viduam aliquam aut aliam non virginem; aut si habuerit aliam uxorem ante ordi-nationem. — Vide Lib. VII, n. 452.

In homicidio voluntario non dispensat episcopus.

51. — IV. Ut diximus ab initio, potest episcopus dispensare in irregularitatibus incursis ob delictum occultum, excepto homicidio voluntario. — Circa hoc ajunt quidam doctores, quod, his non obstantibus, si homicidium esset taliter occultum, ut nullo modo in iudicio probari posset, tunc posse episcopum dispensare.

Homicidium occultum, quid.

Verum haec sententia jure fuit a Salmant. reprobata, a Roncaglia, etc.; quia, ex parte una, episcopi nihil possunt super irregularitatibus, praeter id quod ipsis a Tridentino concessum est in eodem cap. Liceat, in quo expresse excipitur homicidium voluntarium occultum. Quod vero nomine *occulti* intelligatur, ut volunt contrarii, id quod in iudicio probari potest, licet non adhuc probatum sit, id gratis omnino asseritur. Vide Lib. VII, n. 392. — Atque ita declaravit S. C. Concilii die 21 Maii 1718. In ea enim cum propositum esset, utrum episcopus posset dis-pensare in quodam homicidio perpetrato a quodam pueru, qui ludens cum alio pueru, istum parvo gladio vulneraverat, et qui post quadraginta dies ex eodem

Tolet., lib. 1, cap. 68, n. 6. - Suar., loc. cit., disp. 49, sect. 6, n. 7. - Castrop., tr. 29, disp. 6, punct. 8, n. 19. - Sanch., de Matr., lib. 7, disp. 86, n. 20. - Salm., tr. 10, cap. 9, n. 41. - Cont. Tourn., de Irregul., part. 2, cap. 7, v. f., quaer. 2, v. Dico 3. - Salm., tr. 10, cap. 8, n. 16. - Roncagl., tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 1, resp. 1. — ¹ Thesaur., resolut., tom. 1, pag. 65, in una Papien. Cfr. Pallottini, v. Episcopus, § 14, n. 6. - Suar., de Censur., disp. 44, sect.

affirmanc episcopum posse in ea bigamia di-spensare, sed soli Salmantenses, disertis verbis, dicunt posse dispensare, quamvis bi-gamia sit publica.

51. — ^{a)} Quod quidem conforme est S. C. C. declarationi, in una Cremonen. Cfr. Pallotti-ni, v. Episcopus, § 14, n. 28.

^{b)} Omnes auctores hic allegati asserunt episcopum posse sic dispensare in irregula-

vulnere mortuus est; ea scilicet ratione, quia delictum istud per decem et octo annorum spatium fuerat occultum; et quia erat moraliter impossibile ut ad forum dederetur: S. Congregatio respon-dit negative¹.

Exceptio.

Caeterum, communis sententia est, posse episcopum dispensare, quando im-mineret periculum animae, aut alia causa gravissima, et difficile esset ad Pontificem habere recursum. Vide Lib. VII, n. 391. — Insuper communiter asserunt Suarez, Castropalaus, Bonacina, Salmant. aliique, posse episcopum dispensare in irregularitate per mutilationem occulta-m². Num. 381. — Insuper est sententia communissima cum Navarro, Laymann, Silvestro, Barbosa, etc., posse episcopum dispensare in irregularitate ob homicidium casuale, non modo occultum, sed etiam notorium³, ad suscipiendos ordines minores et beneficia simplicia. Hoc enim antiquitus jam poterant episcopi, ut plures DD. testantur; et Tridentinum excepit tantummodo homicidium voluntarium, non casuale, quamvis publicum. Vide Lib. VII, n. 393, v. Praeterea.

52. — Homicidium vero casuale exempli causa est, si aliquis volens simpliciter percutere, ob negligentiam occidat; aut si chirurgus ob negligentiam sit causa mortis; et his similia.

Dubitatur inde: utrum reputetur ca-suale homicidium commissum in rixa?

— Multi affirmant, ut Diana et Salmant. cum aliis. Sed nos negamus cum sententia communiori Suarez, Navarri⁴, Concinae,

2, n. 4. - Castrop., tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 3, n. 3. - Bonac., disp. 7, de Irregul., qu. 4, punct. ult., n. 11. - Salm., loc. cit., n. 28. - Navar., Man., cap. 27, n. 240. - Laym., lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 12, n. 3. - Silvest., v. Homicidium III, n. 11, qu. 8, v. Quintum et Sextum. - Barbos., de Off. et Po-test. episcopi, alleg. 39, n. 62. - Diana, part. 9, tr. 7, resol. 22, i. f. - Salmant., tr. 10, cap. 8, n. 6. - Suar., de Censur., disp. 44, sect. 1, n. 3. - Concina, de Censur., diss. 2, cap. 6, n. 2.

ritate ob homicidium casuale (Barbosa de solo voluntario tractat); sed solus Laymann dicit idem posse, quamvis homicidium sit notoriu-m.

52. — ^{a)} Navarrus, Man., cap. 27, n. 240, rem satis perspicue innuit, his verbis definiens homicidium voluntarium: « Esse homicidium illicitum, intentum sive volitum in se, saltem equipollenter, alias quam vitandae mortis

Homicidium ex immoderata defensione, casuale.

Dispensat in mutilatione occulta.

Dispensat in homicidio casuale.

Homicidium casuale, quid.

Homicidium in rixa est voluntarium.

Tamburinii, Sporer aliorumque cum eo-dem Diana⁵, qui se retractat: nam, qui in rixa perpetrat homicidium, jam volun-tarie occidit. — Vide Lib. VII, n. 394.

Attamen est valde probabilis et com-munissima sententia, cum Suarez, Lay-mann, Navarro, [Contin.] Tournely⁶, Bonacina et Lacroix (qui eam communem vocat), posse episcopum dispensare cum eo qui occidit ob propriam defensionem, sed in defensione aliquantum excedit. Nam hujusmodi homicidium nequit dici abso-lute voluntarium. — Ibid., n. 395.

53. — V. Quoad *inabilitates* injunctas a Pontificibus in poenam.

Dubitatur: utrum episcopus possit dis-pensare? — Talis v. gr. est inhabilitas ad recipienda beneficia, imposita a Sixto V in sua bulla *Effraenatum*, procurantibus abortum; et inhabilitas ad celebrandum, a Benedicto XIV injuncta confessariis sollicitantibus, in sua bulla *In generali Congregatione*.

Alii affirmant; sed negandum, juxta dicta Lib. I, n. 191, ubi diximus omnino tenendum, non posse episcopos dis-pensare in legibus pontificiis, nisi specialiter eis facultas a Pontifice fuerit impertita.

Tambur., de Irregul., cap. 15, § 6, n. 5. - Sporer, De-cal., tr. 5, cap. 3, n. 251 et 252. - Suar., de Censur., disp. 46, sect. 1, n. 13. - Laym., lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 12, n. 2. - Navar., Man., cap. 27, n. 239. - Bonac., disp. 7, de Irregul., qu. 4, punct. ult., n. 9. - Lacroix, lib. 7, n. 474. - Elbel, cap. 40, n. 26.

causa ab oratore ». In quibus sane videtur comprehendendi homicidium commissum in rixa; quod proinde, juxta Navarrum, voluntarium dicendum erit, non casuale.

^{b)} Diana, part. 10, tr. 11, resol. 19, eam-dem sententiam tenet quam in loc. cit. part. 9, loquens in utroque loco de homicidio « ex subita ira » patroto.

^{c)} Contin. Tournely, de Irregul., part. 3, cap. 1, art. 3, concl. 3, hanc opinionem, quam utique tenet, hoc modo limitat: « Nisi invasus in ipsa conflictus serie, conceperit intentionem occidendi adversarii, et cuius manibus sentiebat se aliter quam occidendo evadere posse ».

53. — ^{a)} Anacletus, tr. 9, dist. 3, n. 36, eas inhabilitates remanere dicit, prout in bulla Sixti V reperiuntur; atvero inhabilitates in dicta bulla Romano Pontifici non re-servantur.

^{b)} Roncaglia, tr. 11, cap. 2, qu. 5, eo sensu dubitare dicitur, quod negat satis tutam esse opinionem, quae asserit episcopum posse ab ea inhabilitate dispensare.

— Negat Anacletus⁷, et dubitat Ronca-glia⁸, loquendo de *abortu*; verum Elbel et Sporer admittunt absolute, ob regulam communiter receptam (ut dicunt) a Scoto⁹, S. Bonaventura¹⁰ aliisque: quod dispen-satio ab omnibus poenis impositis a jure communi, et Pontifici specialiter non re-servatis, intelligitur concessa episcopis; ut colligitur ex cap. *Nuper 29, de sent. excom.* Vide Lib. I, n. 191, et Lib. VI, n. 705, in fine.

54. — VI. Circa materiam *matrimonii*, episcopus habet varias dispensandi facul-tates. Dispensare quoque potest in publi-cationibus. Insuper dispensare potest in voto castitatis emiso a conjugibus. — Videndum nunc superest, utrum episcopi habeant aliquam facultatem circa impe-dimenta dirimentia.

55. — In *impedimentis dirimentibus*, so-lum Pontifex potest dispensare. — Quod si impedimentum esset *dubium*, commu-nissima est sententia posse etiam episco-pum dispensare. Ita dicunt Salmant., Mer-besius, Tournely¹¹, Diana¹², Pichler, etc.; et quamvis Sanchez in *Tractatu de Ma-trrimonio* id negat¹³, tamen in *Decalogo*¹⁴ videtur se retractasse. Ibi enim ait, tam-

Episcopi facultates circa matrimoniū.

In impe-dimento di-mente du-bio.

de Matr., num. 474. - Sporer, part. 4, cap. 4, num. 722, i. f. - Salmant., tr. 11, cap. 5, num. 45. - Merbes., de Matr., qu. 89, quæstiunc. 8, v. Quartus. - Pichler, Jus canon., lib. 4, tit. 16, num. 32, sub 5. — ¹ Decal., lib. 4, cap. 40, n. 26.

^{c)} Scotus contra, quidquid dicat Elbel, regu-lam allatam rejicit, in 4, dist. 25, qu. 1, n. 12, v. *Qualiter relaxatur*.

^{d)} S. Bonaventura, in 4, dist. 18, part. 2, qu. 6, v. f., v. *Ad illud quod*, hoc revera dicit, sed loquens de absolutione ab ex-comunicatione.

55. — ^{a)} Contin. Tournely, de *Dispensat. in specie*, part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 3, id concedit in impedimentis dumtaxat occulitis.

^{b)} Diana, part. 4, tr. 3, resol. 17, utramque opinionem, affirmativam scilicet et negativam afferit; judicium tamen suum non profert.

^{c)} Sanchez, de Matr., lib. 8, disp. 6, n. 18, tunc tantum negat episcopum posse dis-pensare, si res non sit proprie dubia, sed pre-assumptio urgeat pro impedimento (in dubio facti). Si autem res sit omnino dubia, negat opus esse dispensatione; posse tamen' episco-pum ad cautelam et pro interim dispensare.

Pariter si adsint opiniones probabiles oppositae de impedimento, negat opus esse dispensa-tionem.

quam ex regula generali: *Cum dispensationis reservatio sit odiosa, est restringenda ad casus certos; dubii enim non comprehenduntur sub reservatione;* ut assent probasse antea¹. — Vide Lib. VI, n. 902, v. *Caeterum*.

56. — E contrario, quando impedimentum dirimens esset *certum*, et *matrimonium jam fuisse contractum*; est communis sententia, posse episcopum in eo dispensare, quoties non facile posset habereri recursus ad Pontificem; et quoties imminaret periculum scandali aut infamiae, si conjuges separarentur; aut incontinentiae, si non separarentur. Ita Sanchez, Castropalaus, Concina, Merbesius, Tournely^a, Cabassutius, Natalis Alexander, Bonacina, Barbosa, Salmant., etc.; contra quosdam paucos. Vide Lib. VI, n. 1123. Et idem sentit Benedictus XIV^b: *Praesumendum est, Summum Pontificem delegare episcopo facultatem dispensandi, quam certe requisitus non esset denegaturus.* — Sed advertunt hic Lacroix et Felix Potestas^c, quod si dispensatio potest commode obtineri a S. Poenitentiaria,

¹ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 74. — *Sanch.*, de Matr., lib. 2, disp. 40, n. 3. — *Castrop.*, tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 7 et 8. — *Concina*, de Matr., diss. 3, cap. 4, n. 4. — *Merbes.*, loc. cit., quaestio 5. — *Cabassut.*, lib. 3, cap. 27, n. 3 et 7. — *Natal. Alexander*, de Matr., cap. 4, art. 13, reg. 10. — *Bonac.*, de Matr., qu. 3, punct. 15, n. 4. — *Barbosa*, de Off. et Potest. episcopi, alleg. 35, n. 3 et 4. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 14, n. 7. — *Croix*, lib. 6, part. 3, n. 837

56. — a) Contin. Tournely, l. c., reg. 2, alias praetera conditiones apponit, scilicet: 1º ut occultum sit impedimentum (et idem dicunt plerique ceteri auctores), matrimonium vero publicum; 2º ut matrimonium bona fide contractum fuerit (quod etiam tenent Merbesius, Cabassutius, Natal. Alexander et Bonacina); 3º ut sit consummatum.

b) Benedictus XIV, de Synodo, lib. 9, cap. 2, n. 2, verba haec habet de matrimonio *proxime contrahendo*; sed ibi recitat opinionem aliorum, addens, n. 3: « Quidquid sit de ea extraordinaria potestate..., nullum in praesens de ea ferimus iudicium ». At, lib. 12, cap. 8, n. 1, concedit episcopis in quibusdam rerum adjunctis non praevisis, posse jus commune relaxare, si res dilationem non patiatur, nec facile Pontifex consuli queat.

c) Potestas, tom. 1, n. 4229, negat tantum paupertatem esse causam sufficientem non recurendi ad Papam; et addit facilem esse recursum ad S. Poenitentiariam pro occultis impedimentis.

et conjuges essent in bona fide; tunc illa est exspectanda, et interim sponsi sunt relinquendi in sua bona fide.

Insuper advertendum est cum Pontio, Castropala, Barbosa, Escobar^d, Sanchez, Salmant. aliisque communiter, non posse episcopum, *si ambo conjuges mala fide contrixerint*. Tunc enim, si daretur locus hujusmodi dispensationibus, daretur ansa celebrandi quotidie matrimonia nulla, sub spe dispensationis. Praeterquamquod Tridentinum^e vult omnino privari quacumque spe dispensationis, quicumque scienter contrahit *in gradu prohibito*. Notandum tamen cum Sanchez, Salmant., Bañez^f, Concina, Aversa, etc., quod, ad consti- tuendam in hoc casu malam fidem, oportet ut contrahens non modo scienter factum commiserit (quod scilicet cum conjuncta contrixerit); sed insuper, quod sciverit extitisse impedimentum, immo quod de eo veram notitiam habuerit; concilium enim inquit: *Scienter.... praesumpserit.* Unde cum ignorantia crassa potest quidem dispensari^g. — Deneganda est insuper dispensatio ei qui contraxit, sed ex

cum lib. 7, n. 143. — *Pont.*, de Matr., lib. 8, cap. 18, n. 4. — *Castrop.*, loc. cit., n. 8. — *Barbosa*, loc. cit., n. 4. — *Sanch.*, de Matr., lib. 2, disp. 40, n. 4. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 14, n. 9. — ^g Sess. 24, de Reform. Matr., cap. 5. — *Sanch.*, de Matr., lib. 2, disp. 40, n. 4. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 14, n. 10. — *Concina*, de Matr., diss. 3, cap. 4, n. 7, v. f. — *Aversa*, de Matr., qu. 19, sect. 2, § Sexto, vers. Supponi.

d) Escobar, lib. 27, n. 686, requirit bonam fidem, non tamen explicat an in utroque requiratur necne.

e) Bañez, in 2am 2ae, qu. 62, art. 6, dub. 5, concl. 4, hic citatur ex Salmant., ut constat ex lib. 6, n. 1124, ad quem S. Alphonsus lectorum remittit; sed a Salmant. adducitur non tam pro ipso asserto, quam pro ejus ratione, nempe: ad malam fidem requiri scientiam tum speculativam tum practicam. Quod utique dilucide significat Bañez, loco citato.

f) Ad hanc quaestionem de episcoporum potestate, pertinet facultas quam Leo XIII, per litteras S.O., 20 Februarii 1888, concessit, cuius scilicet virtute « locorum Ordinarii dispensare valeant, sive per se sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam, aegrotos in gravissimo mortis periculo constitutos [qui juxta civiles leges sunt conjuncti aut alias in concubinatu actualiter vivunt], quando non suppetit tempus recurrenti ad S. Sedem, super impedimentis quantumvis publicis, matrimonium jure ecclesiastico dirimentibus, excepto sacro

malitia *publicationes* praetermisit; ut habetur ex eodem concilio¹. — Vide Lib. VI, n. 1124, v. *Dubium*.

57. — Si vero *matrimonium non adhuc contractum* sit, probabilissima quoque adest sententia, et est communis, quod possit tunc episcopus dispensare in impedimento dirimenti, quando imminent periculum infamiae, et facilis non est recursus ad Pontificem. Ita Suarez, Pignatellus^a, Pontius, Concina, Cabassutius, Castropalaus, Salmant., Bonacina, Cardenas, Silvius, Lacroix, Viva^b, etc. cum Benedicto XIV^c; contra rigidissimum Fagnanum, qui id negat etiam in mortis periculo, et in necessitate legitimandi prolem. Sed alii communiter ajunt tunc prae sumi, aut quod Pontifex deleget episcopo suam dispensandi facultatem; vel quod in casu tanta necessitatis cesseret dispensationis reservatio, et quod tunc episcopus dispenset ex potestate sua ordinaria. Vide Lib. VI, n. 1122, et fusius eodem Lib., n. 613. — Immo asserit Pignatellus, probatque, in tali casu cessare non modo reservationem, sed etiam legem impedimenti, utpote eam, quae jam perniciosa evaserit; cum certum omnino sit, legem nocivam non obligare, ut docent omnes cum D. Thoma.

Et ex hoc inferunt Roncaglia et *Instructor novorum Confessoriorum* quod, adveniente casu quo sponsi jam ad ecclesiam pervenerint, et unus ex ipsis mani-

¹ Sess. 24, de Reform. Matr., cap. 5. — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 14, n. 10. — *Pontius*, de Matr., lib. 8, cap. 18, n. 6. — *Concina*, loc. cit., n. 5. — *Cabassut.*, lib. 3, cap. 27, n. 4. — *Castrop.*, tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 9. — *Salmant.*, loc. cit., n. 11. — *Bonac.*, De Matr., qu. 8, punct. 15, n. 6. — *Cardenas*, Cris., disp. 79, n. 3 et seqq. — *Silvius*, in Suppl., qu. 50, art. un., quer. 2, cas. 2. — *Lacroix*, lib. 6, part. 3, n. 838. — *Fagnan.*, in cap. *Nimis*, de filiis presbyteri, num. 34 et seqq. — *Pignat.*, tom. 3, consult. 33, num. 5. — *S. Thom.*, 2^a 2^o, qu. 120, art. 1. — *Roncaglia*, tract. 21, de Matr., qu. 5, capit. 1, qu. 2. — *Instr. nov.* conf., part. 2, num. 32. — *Sambov.*, Decis. cas. conscient., tom. 1, cas. 76. — *Gibert*, Consult. canon. sur le sacr. de mariage, tom. 2, consult. 65. — *Castrop.*, tract. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 13. — *Bonac.*, De Matr., qu. 8, punct. 15, num. 6. — *Barbosa*, Alleg. 35, num. 18 et 14. — *Silvest.*, v. *Delegatus*, qu. 8, num. 11. — *Sanch.*, de Matr., lib. 2, disp. 40, num. 14. — *Pontius*, de Matr., lib. 8, cap. 13, num. 5. — *Coninck*, de Sacram., disp. 33, num. 33. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 14, num. 12. — *Escob.*, lib. 27, num. 695.

presbyteratus ordine et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente». Et in hoc decreto comprehenditur, etiam facultas dispensandi ab impedimento clandestinitatis, ut idem S. O., die 13 Decembris 1899, declaravit.

57. — a) Pignatellus, tom. 3, consult. 33, n. 3, consentit quidem, sed subdit id faciendum esse « lege... recurrenti ad Summum Pontificem statim atque illud opportune exsolvi posset ». Cfr. etiam n. 8 et n. 10.

b) Viva, de Matr., qu. 6, art. 1, n. 8, eam fa-

festaret confessario impedimentum occultum jam contractum, tamquam peccatum, et sine scandalio aut infamia matrimonium differri non posset; potest tunc confessarius declarare, eo casu non obligare legem impedimenti, et posse licite contrahi. Verum ad maiorem cautelam consultunt, ut obtineatur inde dispensatio a S. Poenitentiaria^d. Sed advertendum est, hoc currere quando episcopus esset absens; quando etenim fieri potest, necessario ad ipsum est recurrentum, ut dispenset: juxta ea quae diximus n. 45.

Dicunt autem Sambovius et Gibert, quod si contrahentes sint diversarum dioecesum, quisque sponsus debet a proprio episcopo dispensari. Verum probabiliter id negat Honoratus Tournely^e cum aliis; quia, sublati per episcopum impedimento sui subdit, jam hoc ipso reddit habilem ad contrahendum cum alio impedito: quemadmodum qui habet facultatem dispensandi in aliquo gradu, eo ipso quod dispensat cum uno ex sponsis, dispensat etiam cum alio. — Vide Lib. VI, n. 1142.

58. — Quaeritur: *utrum episcopus possit aliis delegare hanc facultatem dispensandi in impedimentis dirimentibus in supra narratis casibus?*

Quidam pauci negant; sed communiter affirmantr Castropalaus, Bonacina, Barbosa, Silvester, Sanchez, Pontius, Coninck, Salmant., Escobar, etc.

Facultas
dispensandi
delegari po-
test.

59. - VII. Episcopus dispensare potest in *interstitiis*, a Tridentino praescriptis quoad ordinationem clericorum.

Et 1°. quoad *ordines minores*, concilium remittit prudentiae episcopi hujusmodi dispensationem, dicens: *Minores ordines...*

Sanch., loc. cit., n. 17. - *Castrop.*, loc. cit., n. 18. - *Salmant.*, loc. cit. - *Gutier.*, de *Matr.*, cap. 49, n. 19 et seqq. — ¹ *Sess.* 23, de *Reform.*, cap. 11. — ² *Loc. cit.* — ³ *Loc. cit.*, cap. 13.

negat utique Sambovii et Giberti assertum, seclusa tamen contraria consuetudine: « Ubi tamen moris est ut utriusque dioecesis episcopi subditum quisque suum dispensem, male tutum videretur ab ea consuetudine recedere ».

58. - ^{a)} Bonacina, *de Matr.*, qu. 3, punct. 15, n. 6, dicit utique episcopum posse dispensare sive per se sive per aliū delegatum; sed nihil addit de modo delegandi generali an speciali.

^{b)} Elbel, *de Matr.*, n. 494, hanc doctrinam clare significat, dum scribit: Dictam potestatem episcopi esse quasi-ordinarium, in quantum imitatur ordinariam, in hoc quod non sit delegata certae personae, et officio adhaereat». — Idemque docet Coninck, *l. c.*, dicens eam dispensationem episcopo competere, « ratione dignitatis et quasi potestate ordinaria ».

^{c)} Valentia, tom. 4, disp. 10, qu. 5, punct. 5; Vasquez, in *Iam 2ac*, disp. 178, cap. 2, n. 15; Salas, *de Legibus*, disp. 20, sect. 3, n. 24, hic citantur ex Bonacina, ut liquet ex *lib. 6*, n. 613; sed horum auctorum allegatio ad rem non facit.

Et potest eam delegare, non modo in particulari, sed etiam generaliter pro omnibus casibus occurrentibus; ut ajunt Sanchez, Castropalaus, Salmant., Bonacina ^{a)}, Elbel ^{b)}, Valentia ^{c)}, Vasquez ^{c)}, Salas ^{c)}, Henriquez ^{d)}, Coninck ^{b)}, Gutierrez, etc. — Cum enim hujusmodi potestas, non industriæ personali, sed episcopali officio sit adnexa, ipsa jam reputatur ordinaria, et ideo recte potest delegari (ut notavimus *n. 34*). Et tanto magis idem dicendum de omnibus aliis facultatibus quas habent episcopi circa publications et impedimenta impeditia. — Advertendum tamen, quod hanc facultatem dispensandi non habent vicarii episcoporum, sine eorumdem speciali commissione. Diximus enim *n. 31*, quod in generali commissione vicariatus, non committitur facultas illa quam habent episcopi dispensandi in hujusmodi casibus, ob praeemptam Pontificis voluntatem ^{e)}. — Vide *Lib. VI*, n. 613, v. *Et eo casu*, et fusius *n. 1125*.

per temporum interstitia, nisi aliud episcopo expedire magis videretur, conferantur ¹. Quare etiam inter ordines minores (per se loquendo) habet aliquid temporis intercedere, scilicet: vel ab una generali ordinatione ad aliam, ut quidam assentur; vel ab uno die festivo ad alium, ut quidam alii affirmant. Caeterum, ut dispensetur in hujusmodi interstitiis, quaevis sufficit causa; ut plurimi DD. docent. — Inter primam vero tonsuram et ordines minores, probabilius nullum requiritur intervallum; quia probabilius prima tonsura non est ordo.

2°. Quoad *subdiaconatum*, concilium requirit anni intervallum a susceptis minoribus ordinibus; sed subdit inde: *Nisi necessitas, aut ecclesiae utilitas, iudicio episcopi, aliud exposcat.* — *To ecclesiae intelligentium de ecclesia in qua clericus est adscriptus* ².

3°. A subdiaconatu ad *diaconatum*, etiam annus requiritur: sed in hoc potest episcopus ex quacumque rationabili causa dispensare; inquit enim concilium: *Nisi aliud episcopo videatur* ³.

4°. Tandem a diaconatu ad *sacerdotium*, annus item requiritur, sed magis rigorose. Exigit enim concilium non modo eccl-

Ad subdiaconatum.

Ad diaconatum.

Ad presbyteratum.

Exceptio.

siae utilitatem, sed etiam necessitatem, dicens: *Ad minus annum integrum; nisi ob ecclesiae utilitatem ac necessitatem aliud episcopo videretur.* — Vide *Lib. VI*, n. 795.

60. - VIII. Episcopus potest etiam dispensare ad celebrandum *in alio altari, aut ecclesia* non destinata a fundatore, quando adest aliqua justa causa: exempli causā, si hoc ad ejusdem ecclesiae utilitatem redundaret; aut si capellanus morbo detineretur, aut studiis operam daret, vel aliis negotiis; aut si sine magna molestia ad ecclesiam destinatam se conferre nequiret; aut ex similibus aliis rationabilibus causis. Ita communiter asserunt Castropalaus, Concina, Lacroix, Salmant., Barbosa, Roncaglia, Passerini ^{a)}, Henriquez, Tamburini, Mazzotta aliquie. — Tunc enim episcopus (ut recte potest, juxta ea quae dicemus *n. 68*) fundatoris voluntatem interpretatur.

Merito tamen excipit Lacroix ^{b)}, cum Pasqualigo ^{b)}, si fundator ecclesiam designasset et horam, ob commodum speciale familie vel populi, vel ad cultum alicujus sancti peculiarem. — E contra, De Lugo ^{c)} et Tournely ^{c)} ajunt, quod si fundator nullum circa hoc finem habuerit, aut si finis jam cessaverit, sacerdos alibi celebrans nonnisi venialiter pec-

Trident., loc. cit., cap. 14. - *Castrop.*, tr. 13, disp. 1, punct. 6, n. 27. - *Concina*, de *Sacrific. Missae*, cap. 6, § 2, n. 28. - *Lacroix*, lib. 6, part. 2, n. 120. - *Salmant.*, tr. 5, cap. 5, n. 19. - *Barbosa*, alleg. 24, n. 36. - *Roncaglia*, de *Sacr. Miss.*, cap. 8, qu. 6, resp. 2, v. *Tertio*. - *Henriq.*, lib. 9, cap. 24, n. 4. - *Tambur.*, *Meth. celebr. Miss.*, lib. 8, cap. 2,

cat. Immo excusatur ab omni culpa, si celebret in altari privilegiato; quia tunc redundant in majus bonum ejusdem fundatoris. — Vide *Lib. VI*, n. 329, v. *Item dixi*.

61. - IX. Potest insuper episcopus dispensare, justis de causis, tam secum, quam cum aliis, ad celebrandum post meridiem; ut dicunt Lugo, Wigandt, Navarrus ^{a)}, Castropalaus, Laymann, Salmant., etc. — Vide *Lib. VI*, n. 344. *Addit. 7o*.

62. - X. Olim ¹ poterant etiam episcopi celebrare vel per se vel per alios sacerdotes, in quocumque loco, etiam in privatis domibus. — Sed postea a Tridentino ² vetitum fuit episcopis, celebrandi licentiam impetrari in aliis locis, praeterquam in *oratoriis ab eisdem benedictis*, et ad sacros usus destinatis, quae consentur tamquam publica; unde ibidem potest quotidie celebrari. Hujusmodi oratoria debent habere *januam ad viam publicam*.

Sed hoc non est intelligendum de illicis, quae in regularium domibus sunt erecta, aut alicujus communitatis, ut essent in seminariis, conservatoriis, hospitibus, vel in carceribus: quae non requirunt januam secus viam; et rite potest celebrari in diebus solemnibus, quemadmodum S. Congregatio declaravit ^{a)}. —

¹ *Loc. cit.*, cap. 1. - *Massotta*, tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 3, § 5, qu. 1. - *Lugo*, de *Euchar.*, disp. 20, n. 42, cum 27. - *Wigandt*, tr. 15, n. 52, resp. 4, v. *Dixi 1o*. - *Castrop.*, tr. 22, punct. 7, n. 14, v. f. - *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 3, assert. 3, sub ii. - *Salmant.*, tr. 5, cap. 4, n. 37. — ² *Can. Missarum 12*, de *consecr.*, dist. 1. — ³ *Sess.* 22, *Decret. de observ.* etc. in *celebrat. Miss.*

Dispensat ad celebrandum in alio altari.

Non concedit celebrazione in oratoriis privatis.

In quibus oratoriis celebrari possit.

gationem specialem, jam ex praelaudatis Literis 20 Februarii 1888, Ordinarii eam dare possunt cuilibet personae ecclesiasticae sibi beneviseas.

60. - ^{a)} Passerini, *de Statib.*, qu. 187, art. 4, n. 1182, loquens de impossibilitate celebrandi in altari a fundatore electo, negat opus esse episcopi auctoritate, si impossibilitas sit manifesta; si vero sit dubia, ait requiri episcopi auctoritatem, de consensu tamen haeredum, si isti stare velint aequitati.

^{b)} Croix, lib. 6, part. 2, n. 120, excipit casum, quo missa celebranda esset « certo loco, die, hora praescripta, propter communitatem populi ». — Idemque dicit Pasqualigo, *de Sacrif. Miss.*, qu. 1187, i. f., « si missae essent celebrandas in diebus festivis, ut populus posset audire missam, et non haberet quam commode posset audire ».

^{c)} Lugo, *de Euchar.*, disp. 21, n. 36 et 37; Continuat. Tournely, *de Euchar.*, part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 1, concl. 4, loquuntur tantum de missa in aliquo altari determinato celebranda.

61. - ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 25, n. 85, hanc celebrationem fieri posse ex jure communi concedit, negatque ullum adesse textum aut rationem, « quae prohibeat jejuno, ubi sine scandalo potest, facere eam ante nonam ».

62. - ^{a)} Haec S. Rit. Congr. declaratio affert quidem a Merati, in Serie decretorum, sub n. 392; sed non habetur inter decreta authenticata. Verum exstat similis S. C. C. declaratio, quae reperitur apud Pallottini, v. *Missa*, § 8, n. 22; negatur tamen haec facultas celebrandi diebus solemnibus in oratorio publico, « parum ab ecclesia parochiali distanti ». Pallottini *ibid.*, n. 24.

Idem dicendum de oratoriis quae habent episcopi in suis domibus, etiam campestribus, extra proprias dioeceses. — Vide Lib. VI, n. 357.

Episcopus iter faciens, ubi celebret.

63. — Insuper episcopi olim¹, cum a suis dioecesibus essent absentes, poterant celebrare per se vel per alios in quacumque domo extra propriam habitacionem. Sed Clemens XI abstulit ipsis hujusmodi facultatem. — Verum, Innocentius XIII iterum illam restituit in sua bulla *Apostolici ministerii*, sub die 23 Maii 1723, in qua dixit, quod prohibitio non erat intelligenda de domibus, in quibus morarentur episcopi, occasione *visitationis vel itineris...*, ut nec etiam quando episcopi in casibus a jure permisis... absentes... moram... faciant in aliena domo. Atque hoc confirmatum fuit per aliam bullam Benedicti XIII. — Sed cum hoc privilegium sit personale episcopi; ideo advertit Tamburinius, alios sacerdotes, absentibus episcopis, non posse in dictis domibus celebrare. — Vide Lib. VI, n. 358.

64. — Dubitatur: utrum episcopus possit aliquando dispensare, ut celebretur in oratoriis existentibus in domibus privatis?

¹ Cap. *Quoniam*, fin., de privil., in 6°. — Clem. XI, Decret. de die 15 Decembr. 1703, in Bullar. Clement. XI. — Breve *Apostolici ministerii*, § 24. — Benedict. XIII, Breve *In supremo*, de die 23 Septembr. 1724. — Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 2, n. 10. — Massotta, tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 3, § 4, qu. 1. — Suar., in 3 part., loc. cit. — Elbel, loc. cit.

64. — a) Lugo, de Euch., disp. 20, n. 49, negat utique ejusmodi facultatem episcopis per Tridentinum sublatam esse; at n. 50, dicit sublatam esse per breve Pauli V; « sed fortasse (subdit) non fuit breve, sed epistola quaedam card. Horatii Lancellotti, jussu Pauli V, die 10 Martii anno 1615 ».

b) Navarrus, cap. 25, n. 82, ad hanc celebrationem non requirit episcopi licentiam: « Sicut... poterat, inquit, ante praedictum concilium [scil. extra locum sacrum] celebrari propter necessitatem sine licentia episcopi, ita posset etiam hodie, quia non videtur quod hoc esse illi [capiti Concedimus] derogatum per concilium ».

c) Ipsa decreta non ponunt istam distinctionem; sed doctores ea interpretantur juxta distinctionem hic allatam; unde rectius loquuntur S. Alphonsus in Hom. apost., tr. 20, cap. 3, n. 64: « Neque huic obstat decretum Clementis XI..., sicut nec etiam obstant decreta Pauli V et Urbani VIII, quibus praefata dispensatio vetatur episcopis; quia illa

Negat Pater Mazzotta. — Sed communiter affirman Suarez, Lugo^{a)}, Castro-palaus, Navarrus^{b)}, Vasquez, Coninckius, Salmant., Holzmann, Elbel, Lacroix aliisque complures; dummodo adsit aliqua rationabilis causa, dummodo licentia non concedatur permanenter *per modum habitus*, sed solum *per modum actus*, id est, ob illam accidentalem causam. — Dicuntque, minime obstare, tam decretum Tridentini: quia per illud ablata fuit episcopis potestas ipsis data (ut diximus n. 62) impertiendi licentiam celebrandi per modum privilegii, et ad suum arbitrium, sed non dispensandi ex aliqua justa causa; quam decretum Clementis XI: illud enim est intelligendum juxta decreta Pauli V^{c)} et Urbani VIII^{c)}, in quibus prohibetur episcopis dispensare per modum habitus, praeter casum alicujus necessitatis transitoriae, ut infirmitatis, etc.

Istud tamen aliqui admittunt tantum pro quibusdam vicibus intra annum. Sed Pasqualigus^{d)} et Gallemart^{d)} (neque dissentunt Holzmann et Elbel) dicunt indefinite posset concedi, quounque illa accidentalis causa perduret; et merito; nam

de Sacrif. Miss., disp. 81, sect. 3, n. 3, i. f. — Castrop., tr. 22, punct. 8, n. 5. — Vasq., in 3 part., disp. 233, cap. 1, n. 3. — Con., qu. 83, n. 225, i. f. — Salmant., tr. 5, cap. 4, n. 56 et seqq. — Holam., de Euchar., n. 370, p. med. — Elbel, de Euch., n. 233. — Lacroix, lib. 6, part. 2, n. 263. — Holam., loc. cit. — Elbel, loc. cit.

intelliguntur, prout intelligitur decretum Tridentini..., id est de dispensatione per modum habitus, non jam per modum actus ad tempus pro aliquo casu particulari, existente justa causa dispensandi ». Et S. Alphonsi doctrinae accedit S. C. C. declaratio de die 20 Decembr. 1856, quae concedit episcopo facultatem de qua hic sermo est, ubi « tamen magna et urgentes ad sint causae, per modum actus tantum ». Cfr. Thesaur. Resolut. tom. 115, p. 522. Et in ejusdem causae disceptatione mentio habetur declarationis Pauli V « per litteras hujus S. Congregationis die 25 Octobris 1625 ». Falso tamen allegatur ibi Paulus V, cum anno 1625, Urbanus VIII Sanctam Sedem occuparet. Alia igitur est haec declaratio ab ea quam Pasqualigo, qu. 447, n. 3, et Lugo, loc. cit., afferunt.

d) Pasqualigo, de Sacrif. Missae, qu. 451, n. 3; Gallemart, in Trid., sess. 22, Decr. de observ. et vitand. in celebr. Miss., declaration. § In privatis oratoriis, hanc rem significant, inquantum indistincte loquuntur.

Episcopus dispensat ob causam accidentalem.

Quamdiu duret causa.

Cardinales.

Episcopi et clausura monialium.

prohibitio (quae semper stricte est intelligenda), cum respiciat tantum dispensationes permanentes per modum habitus, non debet extendi ad illas quae conceduntur ad tempus per modum actus ratione alicujus causae transeuntis.

Sed vide de hoc, quae fusius dicentur. Lib. VI, n. 359.

65. — XI. In cap. fin., de poenit. et remiss., legitur concessum episcopis, extra propriam dioecesim commorantibus, praelatisque minoribus exemptis (quo nomine veniunt abbates, et superiores locales, et etiam paelati Romanae curiae, ut protonotarii, auditores Rotae, etc., ut dicunt Suarez, Lugo^{a)}, Diana^{a)}, etc.), posse sibi eligere confessarium, sine aliqua Ordinarii illius licentia. — Sed S. Congregatio declaravit (quod confirmatum est a Gregorio XIII apud Fagnanum) hoc intelligendum esse, quod valeant sibi eligere aliquem sacerdotem sibi subditum; vel aliquem non subditum, sed a proprio Ordinario approbatum, id est ab Ordinario domicili ejusdem sacerdotis, ut explicat Lugo. — Vide Lib. VI, n. 565, v. *Dubit. hic 1.*

Eodem privilegio gaudent cardinales, sed non alibi nisi Romae, ut inquit Fagnanus: et valent eligere in confessarium quemlibet sacerdotem, tam pro se, quam pro sua familia; quem possunt etiam extra Romam perducere; quod etiam episcopis est concessum. — Ibid., v. *Dubit. 2.*

66. — XII. Episcopi sunt delegati Sedis Apostolicae, ad tuendam clausuram monasteriorum monialium, etiam exemptarum, earumque quae regularibus sunt subjectae. (Vide infra, n. 80). — Ex hoc inferunt De Alexand., Baucius, Clerica-

Suar., de Sacram. Poenit., disp. 27, sect. 2, n. 8 et 9. — Fagnan., in cap. *Ne pro dilatione*, n. 62. — Lugo, de Poenit., disp. 21, n. 35 et 38. — Fagn., loc. cit., n. 65 et 66. — De Alex., Confess. Monial., cap. 6, § 2, qu. 12. — Baucius, Miscell. cas. consc., tr. 2, opusc. 3, qu. 269, petes 2. — Pelizzar., de Monial., cap. 5, n. 6 et 10; et cap. 10, n. 48. — Diana, part. 10, tr. 18, resol. 52. — Pasqual., Quæst. mor. canon., centur. 2, qu. 161. — S. Congr. Conc., Thesaur. Resolut., tom. 1, pag. 391. — ¹ Bulla *Inscrutabili*, de die 5 Februar. 1622, § 5. — Tambur., tr. de Casib. reserv., cap. 3, n. 4. — Pelizzar., de Monial., cap. 9, qu. 15, n. 24. — Quintanadu., Singul. ad septem Eccles. Sacr., tr. 3, sing. 26, n. 1. — De Alex., Confess. monial., cap. 6, § 2, qu. 10. — Bulla *Superna*, § 4. — Bulla *Pastoralis*, de die 5 Aug. 1748.

66. — a) Lugo, de Poenit., disp. 19, n. 4, loquitur solum de generalibus, provincialibus et localibus superioribus; Diana, part. 3, tr. 2, resol. 1, de superioribus localibus; uterque silentio praetermittit paelatos Romanae curiae.

tus^{a)}, Pellizzarius, etc. (contra Dianam et Pasqualigo), quod bene quidem possunt episcopi reservare sibi casus circa clausuram; atque ita declaravit S. C. Concilii die 16 Novemboris 1720. Quod est intelligendum etiam respectu Jesuitarum, etc.

67. — Omnes confessarii monialium^{b)}, etiam exemptarum, debent ab episcopo approbari: ut praescripsit Gregorius XV in bulla *Inscrutabili*¹, quam confirmavit in omnibus Clemens X^{a)} cum alia bulla *Inscrutabili* 7, Benedictus XIII, et nuper Clemens XII, qui in omnibus Gregorii bullam innovavit (de qua infra, n. 80), etiam quoad ea, quae Benedictus XIII contra Gregorii bullam concesserat. — Vide Lib. VI, n. 577.

Et ideo ait Tamburinius, etiam moniales exemptas incurrire casus ab episcopo reservatos: quia, sicut ille in approbatione limitare potest tempus et personas, ita etiam casus. Sed alii communius et probabilius (Pellizzarius, Quintanadvenas et De Alexandris) id negant: quia moniales exemptae sunt extra jurisdictionem episcopi; et approbatio confessarii respicit tantum ejusdem idoneitatem; tanto magis quia in bulla Clementis X *Superna*, dicitur episcopus posse limitare tempus, locum et personas, et nulla fit mentio casus (Vide Lib. VI, n. 602, Qu. 6). — Verum hoc non currit quoad clausuram, circa quam bene potest episcopus tam casum, quam censuram sibi reservare;

juxta quae dicemus n. 80.

Insuper advertendum est, quod per bullam *Pastoralis* Benedicti XIV, potest episcopus assignare confessarium extra ordinarium monialibus exemptis, si illarum paelatus regularis illum concedere re-

Episcopus approbat confessarios monialium.

Exemptae non incurrint casus ab episcopo reservatos.

Quandoque assignat confessarium extra ordinarium.

66. — a) Clericatus ubinam hoc dicat, reperi non potui.

67. — a) Clemente X, bulla *Superna*, de die xi kal. Junii 1670, in multis confirmavit bullam Gregorii XV, praesertim quoad monialium confessorum.

cusaret (qui esse debet alterius ordinis, vel saecularis); et hoc non solum in morte, sed etiam in vita singulis annis. — Vide *Lib. VI*, n. 576.

68. — XIII. Plures DD. asserunt, ut Angelus, Silvester, Armilla, Tabiena aliique cum Croix, qui illis adhaeret ^{a)}, posse episcopum ex justa causa *commutare pias testatorum dispositiones*: ex eo quia ipsi habent dispensandi potestatem in lege quae jubet impleri ultimas voluntates, quoties adsit justa causa; idque confirmant ex Tridentino ¹. — Sed nos negamus cum sententia probabiliori Molinae ^{b)}, Laymann ^{b)}, Sanchez ^{b)}, etc.; quia in cap. *Tua nobis, de testam.*, et in cap. 8 ejusdem sess. 22 jubentur episcopi adamassim exequi ultimas voluntates. Neque obstat quod opponunt, et quod legitur in eodem cap. 8; quia ibi tantummodo committitur episcopis, ut examinent causas, utrum verae sint nec ne, quando ultimae voluntates a Sede Apostolica commutantur. Tanto magis, quia in Clem. *Quia contingit, de relig. domib.* dicitur, bona in aliquem usum applicanda, non posse in alios nisi a Sede Apostolica applicari.

Episcopus non commutat ultimas voluntates.

Exceptio.

Caeterum est valde probabile quod dicunt Laymann, Bonacina, Salmant. ^{c)}, Concina ^{d)} et Trullench ^{e)}, quod, sive superveniat aliqua causa, sive testator ignoraverit aliquam causam, quam si cognovis-

Angel., v. *Legatum II*, n. 12 et 14. — *Silvest.*, v. *Legatum IV*, qu. 12. — *Armill.*, v. *Legatum*, n. 55 et 56. — *Tabiena*, v. *Legatum II*, n. 12 et 14. — *Croix*, lib. 4, n. 846. — ¹ Sess. 22, de Reform., cap. 6. — *Laym.*, lib. 3, tr. 5, cap. 11, n. 11. — *Bonac.*, disp. 3, de Contract. qu. 17, punct. 8, § 9, n. 4. — *Viva*, de Restitut., qu. 4, art. 8, n. 3. — *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 112, v. f. — *Trull.*, in bull. S.

68. — a) Croix affirmit quidem eam esse communem sententiam; sed « probabilius » dicit aliquos putare Tridentinum committere tantum episcopis ut causas examinent; ut ipse S. Alphonsus infra explicat.

b) Molina, *de Just. et Jure*, tr. 2, disp. 249, n. 5 et 7; Laymann, lib. 3, tr. 5, cap. 11, n. 11, id profecto negant; sed in casu quo defuncti voluntas juste et honeste impleri potest, vel (ut dicit Sanchez in *Consil.*, lib. 4, cap. 2, dub. 2, n. 5 et 6), « quando in specifica forma impleri » potest.

c) Salmant., tr. 14, cap. 5, n. 194; Trullench, *Decal.*, lib. 7, cap. 18, dub. 12, n. 30, non aliud habent quam: episcopum, ex causa

set, aliter disposuisset; tunc episcopus potest opus commutare, sed una cum haerede: quamvis, si haeres contradicat, asserant plures DD. posse id facere episcopum illo contradicente. — Vide plura de hoc, *Lib. III*, n. 931, Qu. 2.

69. — XIV. Dicunt insuper DD., ut Viva, Diana, Trullench, Busenbaum (vide infra, *Lib. III*, n. 696, ad 2) aliisque, posse ab episcopo fieri *compositionem incertarum restitutionum* (illarum scilicet, quarum dominus est incertus), quae pauperibus sunt ergoandae. Quoniam (ut ipsi dicunt) hujusmodi compositio nulla lege Pontifici reservatur; et e contra, ipsa est juxta praesumptam creditorum voluntatem. — Sed magis rationabiliter contradicunt Lugo, Molina, Turrianus, Corduba aliique; quia talium bonorum administratio pertinet tantummodo ad Pontificem vel ad principem (Vide *Lib. III*, n. 592, v. *Notat*). Et re quidem vera, Benedictus XIV in bulla *Pastor bonus*, 23 Aprilis 1744, hujusmodi facultatem S. Poenitentiariae concessit ^{a)}. Vide *Lib. VII*, n. 470, ad 10.

70. — XV. Affirmant quoque Lacroix ^{a)}, Tamburinius ^{a)} et Pasqualigo ^{a)}, posse ab episcopo *minui numerum missarum a testatore relictarum*, quoties ob eleemosynae parvitatem, qui missas celebraret, non inveniretur. — Sed hic se opponit Pater Concina, et quidem rationabiliter. Nam de-

Juxta a-
lios compo-
nit restitu-
tiones in-
certas.

Rationabi-
lius nega-
tur.

Non potest
reducere
missarum
numerum.

Cruciatae, lib. 3, dub. 1, n. 3. — *Busenb.*, lib. 3, tr. 5, cap. 2, dub. 7, act. 3, num. 2. — *Lugo*, de *Just. et Jure*, disp. 21, num. 107. — *Molina*, de *Just. et Jure*, tract. 2, disp. 748, num. 7. — *Turrian.*, in 2^{me} 2^{re}, de *Just. et Jure*, disp. 41, dub. 2, num. 12. — *Cordub.*, *Quaestionar.*, lib. 5, qu. ult., v. *Et si rursum*. — *Concina*, de *Sacr. Miss.*, cap. 6, § 2, num. 42.

quae sibi justa videatur, et consentiente haerede, si ob id gravatur, et loco pio, cui res relictia fuerat, posse legatum pium, in alium usum convertere.

a) Concina, lib. 3, de *Just. et Jure*, diss. 5, de *Testam.*, cap. 9, n. 19, docet dumtaxat episcopum posse commutationem haerede consentiente facere, si testatoris dispositio impleri nequeat.

69. — a) Quando scilicet casus sunt occulti.

70. — a) Lacroix, lib. 6, part. 2, n. 119; Tamburinius, *Method. celebr. Miss.*, lib. 3, cap. 1, § 2, n. 9; id affirmant fieri posse, sed antequam missae sic relictæ ab aliquo acceptentur; vel, (ut dicit Pasqualigo, de *Sacr.*

cretum S. Congregationis, emanatum jussu Urbani VIII, et confirmatum ab Innocentio XII, prohibit districte episcopis reductionem, moderationem aut commutationem onerum missarum, impositorum *in limine fundacionis*, et post Tridentinum; volens quoad hoc omnino ad Sedem Apostolicam recursum haberi. Quare recte ibidem declaratum fuit, quod facultas concessa episcopis aliisque a concilio ¹, intelligenda est pro reductione missarum relictarum ante concilium.

Caeterum ait Fagnanus cum Felino, quod si ab initio redditus erant sufficienes, et deinde taliter fuerint immuniuti, ut nullo modo sufficient; tunc non videri ablatam facultatem, quam habent episcopi de jure communi moderandi missas juxta cap. *Nos quidem, de testam.* ^{b)}. — Vide *Lib. VI*, n. 331, *Dubit.* 1.

71. — XVI. Jam superius dictum est n. 53, posse probabiliter episcopum dispensare in omnibus, in quibus dispensatio non est specialiter Pontifici reservata.

S. Congr. Conc., Decret. de die 21 Jun. 1625, § 1, in Bullar. Mainardi. — *Innoc. XII*, Bulla *Nuper*, § 3 et 16, de die 23 Decembr. 1697. Cfr. Pallottini, v. *Missa*, § 11, n. 8. — ¹ Sess. 25, de Reform., cap. 4. — *Fagnan.*, in cap. *Ex parte*

*Episcopus et unio be-
neficiorum.*

*Erectio et
unio paro-
chiarum.*

Missae, qu. 1169, n. 6, si « nominatus nolit acceptare ».

b) Cap. *Nos quidem 3, de testam.*, loquitur de quodam legato ad monasterium aedicandum relichto, cuius executio ab haerede differebatur; hinc Pontifex ad episcopum scribit: « Quodsi infra praedictum tempus, sive in loco quo constitutum fuerat, seu, si ibi non potest et alibi placet ordinari, tecum implere neglexerit, tunc per te aedificetur, et omnia

per te loco ipsi sine diminutione qualibet assignentur. Sic enim secundum piissimas leges, dilatas defuctorum pias voluntates episcopali decens est studio adimpleri ». — Videatur tamen doctrina Fagnani parum consonare declarationibus S. C. C., quae negat episcopum gaudere facultate reducendi onera missarum, etiamsi redditus ita sint diminuti, ut non sufficient pro eis supportandis. Cfr. Pallottini, v. *Missa*, § 11, n. 9 et seqq.